

ad bonitatem suam apprehensam et intentam dicitur movere efficiens ad producendum aliquid. Item S'anti' T'homae' de veri'tate q. 22 ar: xii<sup>cv</sup> videtur velle quod finis sit racio agendi ipsius agentis sed racio agendi est forma agentis per quam agit igitur oportet finem inesse agenti sed non inest agenti secundum esse nature perfectum quia tunc quiesceret agens igitur inest per<sup>cw</sup> modum finis intencionis igitur finis preexistit in agente per intellectum cuius est recipere aliquid per modum intencionis(.).<sup>517</sup> Hec ille: incipiendo ab ultimo sequitur primo quod finis preeexistit realiter secundum suam intencionem(.) secundo quod finis nunquam haberet illud esse reale nisi esset agens per intellectum. Tercio quod duo sunt de ratione finis scilicet esse intentum et hoc convenit cuilibet fini et esse in sua natura vel realiter vel secundum rationem sed nulla pars illius disiunctive convenit omni fini(.). Sequitur quarto quod finis per intencionem suam est forma realis, per intellectum agentis quandoque ab agente realiter distincta probatur nullum ens rationis potest esse forma vel principium<sup>cx</sup> vel racio actionis realis sed finis est racio realis actionis igitur. Hec missum facio: teneat quilibet quod sibi videtur consonum.

### <sup>cy</sup>Conclusio tercia.<sup>cy</sup>

Con'clusio' ter'cia'

Distinctio specivoca vel formalis potenciarum. habituum: virtutum: et actuum penes formalem rationem et non materiale finium et obiectorum est attendenda. Supposito quod obiecta habent se active ad aliqua illorum. probatur sic. Unumquodque

'de' veri'tate' q. 22 ar.(<) x. ad i.<sup>518</sup>  
S'ancrus' T'homas' iii. d: 24 q. i.  
ar: i. ad i.<sup>519</sup> et i. q. i. ar: i. ad 2.<sup>520</sup>  
vii me'taphisic'e' lec: vi<sup>521</sup> et prima  
secunde q. liiii: ar: 2. ad 2.<sup>522</sup>

cv) vom Editor verbessert für xi cw) Im Korrekturverzeichnis bittet Karlstadt um Löschung eines doppelten Spatiums an dieser Stelle cx) vom Editor verbessert für perrincipium cy-cy) im Original im fortlaufenden Text

*Opera* (Busa) 2, 65).

- 516 Vgl. Thomas, S.c.g. III cap. 20 n. 1: »Patet ergo ex his quae dicta sunt quod assimilari ad Deum est ultimus omnium finis. Id autem quod proprie habet rationem finis, est bonum. Tendunt igitur res in hoc quod assimilentur Deo proprie in quantum est bonus.« (Thomas, *Opera* (Leonina) 14, 46; Thomas, *Opera* (Busa) 2, 65).

517 Zitiert unter Auslassungen und mit paraphrasischen Einschüben Thomas, *De ver.* q. 22 art. 12 co.: »Ratio autem agendi est forma agentis per quam agit; unde oportet quod insit agenti ad hoc quod agat. Non autem inest secundum esse naturae perfectum, quia hoc habitus quiescit motus; sed inest agenti per modum intentionis; nam finis est prior in intentione, sed posterior in esse. Et ideo finis praexistit in movente proprie secundum intellectum, cuius est recipere aliquid per modum intentionis, et non secundum esse naturae.« (Thomas, *Opera* (Leonina) 22.3, 642; Thomas, *Opera* (Busa) 3, 133).

518 Vgl. Thomas, *De ver.* q. 22 art. 10 ad 1: »Ad primum ergo dicendum, quod distinctio potentiarum non ostenditur ex obiectis secundum rem consideratis, sed secundum rationem: quia ipsae rationes obiectorum specificant ipsas operationes potentiarum.« (Thomas, *Opera* (Leonina) 22.3, 636; Thomas, *Opera* (Busa) 3, 132).

519 Vgl. Thomas, In III Sent. d. 24 q. 1 art. 1 qc. 1 co.: »Respondeo dicendum, ad primam quaestionem, quod in obiecto alicuius potentiae contingit tria considerare: scilicet id quod est formale in obiecto, et id quod est materiale [...]. Et quia unumquodque agit secundum quod est in actu et per suam formam, obiectum autem est activum in virtutibus passivis; ideo ratio obiecti, ad quam proportionatur potentia passiva, est id quod est formale in obiecto; et secundum hoc diversificantur potentiae et habitus, qui ex ratione obiecti speciem recipiunt: et haec tria est invenire in obiecto

<p>agit secundum quod est in actu per formam suam<sup>523</sup> 3 phi'si- corum<sup>524</sup> et ix meta'phisice'.<sup>525</sup> Sed obiecta agunt in potencias passivas 2 de anima<sup>526</sup> et in aliquibus generant habitus 2 ethi'co- rum<sup>527</sup> igitur agunt in ipsas potencias secundum quod sunt in actu per formas. Sed forma obiecti est racio formalis ad quam predicta ordinantur igitur obiectum agit per rationem formalem ut color agit in visum per lumen et intelligibile in intellectum per lumen intellectus vel magis quo ad propositum per in[xx 10 [23v]] telligibilitatem vel entitatem et hoc idem realiter agit in ap- petitum per bonitatem sed effectus eo modo habet ordinem ad causam vel potencia mobilis eo modo ordinatur ad obiectum et diversificatur secundum speciem quomodo causatur vel movetur sed causatur vel mo'vetur' ex obiecto sub ratione formalis: igitur 15 potencia que movetur et habitus qui causatur ex ratione formalis obiecti diversificatur genere vel specie ex illo quod est formale</p>	<p>S'ancus' T'homas' prima secunde q. xviii. ar: v.<sup>528</sup></p> <p>secunda secunde q. v ar: 3.<sup>529</sup></p>
<p>fidei.« (Thomas, <i>Opera</i> (Busa) 1, 347).</p> <p>520 Vgl. Thomas, S. th. I q. 1 art. 1 ad 2: »Ad secundum dicendum quod diversa ratio cognoscibilis diversitatem scientiarum inducit.« (Thomas, <i>Opera</i> (Leonina) 4, 7; Thomas, <i>Opera</i> (Busa) 2, 185).</p> <p>521 Vgl. Thomas, Met. VII lec. 6 n. 25: »Haec autem forma quae est in anima, differt a forma, quae est in materia. Nam contrariorum formae in materia sunt diversae et contrariae, in anima autem est quodammodo una species contrariorum. « (Thomas, <i>Opera</i> (Busa) 4, 456); ebd., lec. 16 n. 3: »Omne enim quod est in actu, oportet esse ab aliis distinctum, quia res una dividitur ab alia per sum actum et per formam, sicut supra dictum est.« (Thomas, <i>Opera</i> (Busa) 4, 466).</p> <p>522 Vgl. Thomas, S. th. I-II q. 54 art. 2 ad 2: »Et ideo diversa media sunt sicut diversa principia activa, secundum quae habitus scientiarum diversificantur.« (Thomas, <i>Opera</i> (Leonina) 6, 343; Thomas, <i>Opera</i> (Busa) 2, 422).</p> <p>523 Thomas, In III Sent. d. 24 q. 1 art. 1 qc. 1 co.: »Et quia unumquodque agit secundum quod est in actu et per suam formam [...].« (Thomas, <i>Opera</i> (Busa) 1, 347).</p> <p>524 Vgl. Thomas, Phys. III lec. 4 n. 6: »Omne enim agens agit in quantum est actu, sicut actu homo facit ex homine in potentia hominem actu: unde, cum unumquodque sit actu per formam, sequitur quod forma sit principium movens.« (Thomas, <i>Opera</i> (Leonina) 2, 110; Thomas, <i>Opera</i> (Busa) 4, 78).</p> <p>525 Thomas, Met. IX lec. 1 (Thomas, <i>Opera</i> (Busa) 4, 342) zur <i>potentia activa</i>.</p> <p>526 Thomas, Sent. de an. II lec. 6 n. 7 (Thomas, <i>Opera</i> (Leonina) 45.1, 93; Thomas, <i>Opera</i> (Busa) 4, 345) zu den <i>actus potentiae activae vel passivae</i>.</p> <p>527 Thomas, Eth. II lec. 5 n. 3 (Thomas, <i>Opera</i> (Leonina) 47.1, 90; Thomas, <i>Opera</i> (Busa) 4, 157) zur <i>potentia passiva</i>.</p> <p>528 Vgl. Thomas, S. th. I-II q. 18 art. 5 co.: »In actibus autem humanis bonum et malum dicitur per comparationem ad rationem [...]. Unicuique enim rei est bonum quod convenit ei secundum suam formam; et malum quod est ei praeter ordinem sua formae. Patet ergo quod differentia boni et mali circa obiectum considerata, comparatur per se ad rationem, scilicet secundum quod obiectum est ei conveniens vel non conveniens. Dicuntur autem aliqui actus humani, vel morales, secundum quod sunt a ratione. Unde manifestum est quod bonum et malum diversificant speciem in actibus moralibus, differentiae enim per se diversificant speciem.« (Thomas, <i>Opera</i> (Leonina) 6, 131; Thomas, <i>Opera</i> (Busa) 2, 379).</p> <p>529 Vgl. Thomas, S. th. II-II q. 5 art. 3 co.: »Respondeo dicendum quod haereticus qui discredit unum articulum fidei non habet habitum fidei neque formatae neque informis. Cuius ratio est quia species cuiuslibet habitus dependet ex formali ratione obiecti, qua sublata, species habitus remanere non potest. Formale autem obiectum fidei est veritas prima secundum quod manifestatur in Scripturis sacris et doctrina Ecclesiae.« (Thomas, <i>Opera</i> (Leonina) 8, 58; Thomas, <i>Opera</i> (Busa) 2, 532).</p>	